



BOLETIN OFICIAL  
ECLESIASTICO  
DEL  
OBISPADO DE MALLORCA.

---

SECRETARÍA DE CAMARA EPISCOPAL.

---

*Suscripcion para socorro de las necesidades causadas  
por las recientes inundaciones en la provincia de  
Orihuela.*

	Rvn.	Cts.
Suma anterior. . . . .	6.432	93
El Clero y fieles de la parroquia de S. Nicolás. . . . .	214	»
Id. id. de Felanitx. . . . .	472	»
Id. id. de Pina. . . . .	26	»
El Clero de Sóller. . . . .	40	»
D. Pedro Planas. . . . .	10	»
El Clero y fieles de Sta. Margarita. . . . .	44	»
Entregado por el Sr. Ecónomo de Sta. Cruz. . . . .	49	»
M. A. . . . .	8	»
El Vicario de Llorito. . . . .	8	»
El Vicario y fieles de S. Lorenzo. . . . .	13	»
Suma. . . . .	7.316	93

Palma 7 de Octubre de 1884.—*Guillermo Puig*,  
Canónigo Secretario.

## LEO PP. XIII.

### AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Frugiferas inter Sodalitates, quae in Deiparae Virginis honorem sunt ubique terrarum institutae, principem procul dubio locum obtinet, quae Prima Primaria appellatur, et ipso nomine prodit quantum amplitudine ceteris antecellit. Haec enim Congregatio per Apostolicas sub Piscatoris annulo datas litteras a Gregorio XIII Praedecessore Nostro s: m: ad invocationem Beatae Mariae Virginis ab Angelo Salutatae canonice primum erecta, sodalium frequentia jugiter conspicua, indulgentiarumque thesauris per Romanos Pontifices ditata ea incrementa suscepit, ut in universum terrarum orbem sese brevi Deo favente extenderet, atque ad praesens omnibus in regionibus magno etiam terrae, marisque intervallo disjunctis, filiales ejusdem nominis, et instituti Congregationes reperiantur. Nunc autem cum die quinta mensis Decembris hujus vertentis anni canonicae Congregationis ejusdem erectionis centenaria solemnitas tertia vice recurrat, dilectus filius Antonius Maria Anderledy Vicarius Generalis Societatis Jesu enixas Nobis adhibuit preces, ut coelestes ecclesiae thesauros, quorum dispensatores Nos esse voluit Altissimus, hac auspiciatissima occasione reserare dignaremur. Nos autem piis hisce votis obsecundare, quantum in Domino possumus, volentes, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, et singulis tum Clericis Regularibus ex eadem Societate Jesu, tum Sodalibus dictam Sodalitatem Deiparae Virginis ab Angelo Salutatae inscriptis, vel pro tempore inscribendis, qui vel die quinta Decembris mensis hujus anni, vel die per singularum hujusmodi Congregationum Moderatores statuendo non tamen ultra limites adventantis anni MDCCCLXXXV quo centenaria

solemnitas celebrabitur respectivae Congregationis Ecclesiam, vel Sacellum vere poenitentes, et confessi, ac S. Communionem refecti devote visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, dummodo novendiali supplicationi eidem solemnitati praemittendae saltem quiquies adstiterint, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem, etiam animabus Christifidelium in purgatorio detentis per modum suffragii applicabilem misericorditer in Domino concedimus, atque elargimur. Ut autem Christifideles coelestium munerum hujusmodi facilius valeant esse participes, de Apostolica Nostra auctoritate per praesentes facultatem tribuimus, ac elargimur, ex qua respectivi locorum in quibus Congregationes supramemoratae canonice erectae extant Antistites aliquot Presbyteros saeculares, vel regulares ad excipiendas ipsorum sacramentales confessiones alias approbatas deputare licite valeant, qui eosdem Christifideles, eorundem confessionibus diligenter auditis, ab omnibus quibuscumque excessibus, criminibus, et casibus, nec non excommunicatione, aliisque Ecclesiasticis censuris, ac poenis desuper inflictis, Romano Pontifici vigore Constitutionis a fe: me: Pio PP. IX quarto idus Octobris MDCCCLXIX editae, quae incipit *Apostolicae Sedis Moderationi* quomodo ibet reservatis, exceptis casibus sub articulo primo, septimo, ac decimo excommunicationum latae sententiae speciali modo Romano Pontifici reservatarum, item sub numeris tertio, sexto, octavo, nono, ac decimo excommunicationum latae sententiae Romano Pontifici reservatarum ejusdem constitutionis, pro quibus reservationem in suo plene robore manere volumus, imposita cuilibet arbitrio suo poenitentia salutari in foro conscientiae tantum absolvere, vota quoque simplicia in aliud pium opus eorum similiter arbitrio, et prudentia commutare possint. Clericis vero supradictis e Societate Jesu, nec non prae-

fatis Sodalibus aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua praestare nequiverint, ut illa Confessarii jam approbati in alia pietatis opera commutare possint, eaque injungere, quae ipsi poenitentes efficere valeant pariter concedimus, et indulgemus. Non obstantibus Nostra, ac Cancellariae Apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Praesentibus hac vice tantum valituris. Volumus autem ut praesentium litterarum trasumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae praemunitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXVII Maji MDCCCLXXXIV Pontificatus Nostri Anno septimo.—Fl: Card. Chisius.—L. S.—Concordat cum exemplo, quod munitum est Summi Pontificis sigillo.—Antonius M. Anderledy. S. J.—L. S.

*Concordat cum exemplo, quod munitum est sigillo*  
*R. P. Vicarii Generalis S. J.*—JOANNES CAPELL. S. J.

---

Por el contenido del Breve Pontificio preinserto se enterarán los RR. Párrocos, Coadjutores en iglesias filiales, Custos y Encargados de iglesias, como tambien los Prefectos ó Directores de Congregaciones y Asociaciones religiosas canónicamente erigidas en esta Diócesi á quienes pueda interesar, de las gracias espirituales concedidas por el Pontífice reinante, á peticion del Revmo. P. Vicario General de la Compañía de Jesus con motivo del tercer aniversario centenar de la fundacion en Roma de la Asociacion llamada Prima primaria, bajo la advocacion de la Anunciacion de la Virgen Santísima, aprobada por la Santidad de Gregorio XIII, de feliz memoria, y estendida con el decurso del tiempo por toda la



cristiandad. No solo el día 5 de Diciembre próximo, en que se cumplen los trecientos años de la instalacion de la referida Asociacion, sino en cualquiera otro que designen los respectivos Prefectos ó Directores de las Congregaciones religiosas hasta finalizar el año 1885, concede el Sumo Pontifice por una vez á los fieles ya inscritos ó que en adelante se inscribieren en ella indulgencia plenaria de todos sus pecados, si confesados y comulgados visitaren la Iglesia ó Capilla de la Congregacion y oraren por la paz y concordia entre los Principes cristianos, extirpacion de las heregias y exaltacion de la Santa Madre Iglesia, y asistieren además al menos cinco dias al novenario que debe preceder á la solemnidad que con el espresado motivo se celebre. Concede tambien el Vicario de Jesucristo facultades extraordinarias á los Presbíteros aprobados para oír confesiones que al intento señalen los respectivos Ordinarios, para absolver en el fuero de la conciencia de censuras y escomuniones, con las condiciones y limitaciones expresadas en el mismo Breve, á los asociados que quieran lucrar dicha indulgencia. Sobre este punto proveerá oportunamente S. E. I. y se hará saber la designacion de los confesores investidos de estas extraordinarias facultades.

Mas con el objeto de que el logro de tan importantes gracias espirituales pueda hacerse estensivo á las Congregaciones y Asociaciones piadosas hoy existentes en esta Diócesi que están bajo el protectorado de la Santísima Virgen en cualquiera de sus títulos ó advocaciones, aunque sea en calidad de Compatrona, los RR. PP. de la Compañia de Jesus, tienen facultades para agregar á la prima primaria de Roma, y gozar en consecuencia de las gracias y privilegios á esta anejas, cuantas asociaciones de la mencionada indole lo soliciten, espidiéndoseles sin dispendio alguno la cédula ó patente de agregacion. Al efecto los RR. Prefectos ó Directores en esta Diócesi podrán dirigir la súplica á los referidos PP. calle del Bto. Alonso—52, acompañando nota de la fecha de

la instalacion canónica de la Congregacion en la Diócesi, su objeto, número de asociados, estatutos ó reglamentos, y prácticas piadosas en que se ejercitan los asociados ó congregantes.

Es de esperar del reconocido celo de los RR. Párrocos y Prefectos ó Directores de las Congregaciones religiosas de que se trata no desperdiciarán esta ocasion propicia que se les depara para enriquecer las Asociaciones confiadas á su cuidado con el tesoro de gracias espirituales otorgadas por el Vicario de Jesucristo.

---

## CONSEJO DE ESTADO.

### REAL ÓRDEN.

D. Alfonso XII, por la gracia de Dios Rey constitucional de España.

A todos los que la presente vieren y entendieren, y á quienes toca su observancia y cumplimiento, sabed: que he venido en decretar lo siguiente:

«En el pleito que, en única instancia, pende ante el Consejo de Estado, entre la Reverenda Madre Teresa Fornet é Ibars, Superiora de las Hermanitas de los Pobres de Valencia, representada por el Licenciado D. Leon Galindo y de Vera, y la Administracion general del Estado, y en su nombre mi Fiscal, sobre revocacion de la Real orden de 23 de Octubre de 1878, que denegó la exencion del impuesto de derechos reales por razon de adquisiciones hechas por las Hermanitas de los Pobres:

Visto:

Visto el expediente gubernativo, del que resulta:

Que por escritura otorgada en 16 de Junio de 1874, el Eminentísimo señor Cardenal Barrio, Arzobispo de Valencia, adquirió á título de compra el edificio que fué Convento de Santa Mónica, con su casita y huerto unido, sito en la calle de Sagunto, extramuros de dicha capital, por precio de 52.500 pesetas, cuya suma se ha realizado por medio de suscripciones voluntarias, con carácter de empréstito, con el audable objeto de dedicar el edificio ó establecimiento á la piadosa institucion de Hermanitas de los Pobres:

Que el Emmo. Sr. Cardenal Barrio, Arzobispo de Valencia, otorgó en el mismo día 16 de Junio de 1874 un codicilo, declarando que el edificio ex-convento de Santa Mónica, que había adquirido en aquella fecha, lo destinaba para la Asociación de Hermanitas de los Pobres; siendo su voluntad que continuase despues de su muerte aplicado al mismo objeto; y que si en cualquier tiempo ó circunstancia no pudiese tener dicho destino, pasase su propiedad al muy Reverendo Arzobispo que por entonces rigiese la diócesis, ó á la Autoridad eclesiástica que hubiere, para que, segun su discrecion y conciencia, dispusiera de la finca en la forma más análoga al objeto de servir de refugio y amparo á los ancianos pobres:

Que fallecido bajo este codicilo el Cardenal Barrio, el Liquidador de derechos reales consultó á la Administracion económica de Valencia si la cesion anterior estaba ó no sujeta al impuesto; y de conformidad con lo resuelto por aquella dependencia, practicóse la liquidacion, contra la que acudió la Superiora de las Hermanitas de los Pobres, pidiendo se declarase que la adquision de dicho edificio estaba exenta del impuesto, con arreglo al art. 28 del Reglamento de 14 de Enero de 1873 y 3.º de la Ley de Presupuestos de 23 de Mayo de 1845; cuya pretension fué denegada:

Que posteriormente la Reverenda Madre María Teresa Fonet elevó al Ministerio de Hacienda instancia solicitando la exencion del mencionado impuesto, instancia que informaron favorablemente la Administracion económica de Valencia, el Negociado y la Direccion general de Contribuciones; pero á la que se mostró opuesto, con arreglo á los preceptos que rigen para el pago de derechos reales, la Seccion de Hacienda del Consejo de Estado, con cuya opinion se mostró conforme el Ministro de Hacienda, dictando con arreglo á ella la Real órden de 23 de Octubre de 1878, que denegó la pretension de la Superiora de las Hermanitas de los Pobres de Valencia sobre la pretendida exencion del impuesto de derechos reales.

Vistas las actuaciones contenciosas, de las que aparece:

Que contra dicha Real órden presentó demanda, en nombre de la Reverenda Madre Teresa Fonet, el Licenciado D. Leon Galindo y de Vera, que, declarada procedente, amplió despues solicitando la revocacion de la Real órden de 23 de Octubre de 1878, y en su consecuencia se declarase que procedia devolver á la demandante la cantidad que tiene satisfecha por razon del impuesto.

Que emplazado Mi Fiscal para que contestase la demanda, solicitó se absolviese de la misma á la Administracion y se confirmase la Real órden impugnada.



Vista la base 6.ª del Apéndice letra C de la Ley de Presupuestos de 26 de Diciembre de 1872, trascribida literalmente en el núm 8.º del art. 28 del Reglamento de 14 de Enero de 1873, segun cuyo precepto, los actos ó contratos otorgados *directamente* en favor de los establecimientos de Beneficencia sostenidos de fondos generales del Estado, y de los de Instruccion pública en todas sus clases y grados, quedan exentos del *pago* del impuesto:

Vista la Real órden de 7 de Mayo de 1875, que declara exentos del impuestos de derechos reales y trasmision de bienes los legados hechos á la Asociacion de Beneficencia domiciliaria de Nuestra Señora de los Desamparados de Valencia, que consistan en metálico:

Considerando que por medio de suscripciones voluntarias de los individuos que componían la Junta protectora de la Institucion de las Hermanitas de los Pobres, establecida en Valencia se reunió la cantidad necesaria para comprar el edificio que fué Convento de Santa Mónica, con la casita y huerto adjunto, situado en la calle de Sagunto, extramuros de dicha ciudad, y con dichos fondos el muy Reverendo Arzobispo don Mariano Barrio adquirió dicho local para trasladar á él la piadosa Institucion de las Hermanitas de los Pobres:

Considerando que el mencionado Arzobispo de Valencia falleció bajo la disposicion codicilar que autorizó el Notario don José Ramon Calvo en 16 de Junio de 1874, el mismo dia que habia comprado el ex-convento de Santa Mónica para Asilo de las Hermanitas de los Pobres, y despues de declarar este hecho y deseando dar la mayor seguridad al piadoso objeto de esta adquisicion, declaró ser su voluntad que ocurrida su muerte continuasen dichos edificios, casita y huerto destinados al propio objeto, sin poder servir á otro en manera alguna, bajo la proteccion de Nuestra Señora de los Desamparados, por el tiempo de 80 años y todo lo más que las leyes permitiesen; y en el caso de que no pudiera subsistir esta piadosa Institucion, se entendiere que disponia de la propiedad de estas fincas á favor del Arzobispo que entonces fuese de aquella diócesis, para que dispusiese de ellas é invirtiese sus productos segun su discrecion y buena conciencia, con un objeto análogo al de asistir y remediar á los ancianos pobres:

Considerando que el Arzobispo de Valencia, por el origen de las suscripciones voluntarias reunidas para comprar el edificio que hoy ocupan las Hermanitas de los Pobres, no podia considerarse dueño de las cantidades reunidas, ni al otorgar el codicilo hizo legado alguno, por lo mismo que no se trataba de cosa que le fuera propia, sino de limosnas que habia recibido para un objeto determinado, como era la adquisicion del local, razon por la que se limitó á declararlo así,



disponiendo únicamente de la ulterior aplicacion de las fincas para el caso en que no pudiera subsistir aquella piadosa Institucion:

Considerando que por las circunstancias referidas la finca debe estimarse adquirida por la Institucion de las Hermanitas de los Pobres, cuya Junta protectora facilitó el precio, que se le ha de devolver cuando sea posible, lo cual atribuye al edificio citado el uso benéfico que representa dicha Institucion, y consiste en el socorro de los ancianos pobres, con lo cual la Beneficencia general recibe un auxilio indirecto por medio de la caridad privada:

Considerando que si bien por el núm. 8.º del art. 28 del Reglamento de 14 de Enero de 1873, sólo se declararon exentos del pago del impuesto los actos ó contratos otorgados directamente á favor de los establecimientos de beneficencia sostenidos de fondos generales del Estado, tambien lo es que por Real orden de 7 de Mayo de 1875 se declararon exentos los legados hechos en metálico á la Asociacion de Nuestra Señora de los Desamparados de Valencia, y comprendidos en la exencion del Reglamento, por no existir lucro en el sentido que dá lugar á la aplicacion del impuesto, cuando se trata del impuesto de legados hechos á favor de extraños:

Considerando que cuando existe duda racional y fundada en la aplicacion de la exencion que se invoca, deben resolverse en favor del contribuyente las cuestiones á que pueda dar márgen la aplicacion de los preceptos legales:

Considerando, en resúmen, que no ha habido legado, ni por consiguiente trasmision de dominio, en la que se refiere al Asilo de ancianos en el codicilo del Arzobispo de Valencia, que sólo reconoce la posesion en que estaban de la finca las Hermanitas de los Pobres, y su voluntad de que continuase aquélla empleada en tan piadoso Instituto:

Conformándome con lo consultado por la Sala de lo Contencioso del Consejo de Estado, á que asistieron: D. Fernando Vida, Presidente accidental; D. Miguel de los Santos Alvarez, D. Estéban Martínez, D. Juan de Cárdenas, don Francisco Rubio, el Marqués de los Ulagares, D. Angel María Dacarrete, D. Pedro Sanchez Mora, el Marqués de la Fuensanta, D. Rafael Rodriguez Arias, D. Juan de la Concha Castañeda, D. Enrique de Cisneros y el Conde de Heredia Spinola.

Vengo en revocar la Real orden de 23 de Octubre de 1878, y en declarar que doña Teresa Fornet no está obligada á satisfacer el impuesto de trasmision de dominio que le ha sido reclamado.

Dado, en Palacio á 24 de Mayo de 1884.—ALFONSO.—El Presidente del Consejo de Ministros, *Antonio Cánovas del Castillo.*»

Publicacion.—Leido y publicado el anterior Real decreto por mi el Secretario general del Consejo de Estado, hallándose celebrando audiencia pública la Sala de lo Contencioso, acordò que se tenga como resolucion final en la instancia y autos á que se refiere; que se una á los mismos; se notifique en forma á las partes, y se inserte en la *Gaceta*: de que certifico.

Madrid 5 de Junio de 1884.—Antonio Alcántara.

---

## RESOLUCION IMPORTANTE

### de la Sagrada Congregacion del Concilio sobre residencia parroquial.

---

(CONTINUACION.)

Itaque etiam in praesenti casu sacerdos Sanchez, qui ex vi maiori impeditur ab institutione consequenda, debet in suo iure integer praeservari; nec ullo pacto damnificari: culpæ enim ei verti non potest, seu imputari, quod per eum non stat; quia legitime impeditus poenam sentire non debet.

Atqui si, stante hac impossibilitate institutionis consequendæ, sacerdos Sanchez adigeretur vel eligere ius ad canonicatum, dimittendo paroeciam; vel eligere paroeciam dimittendo ius ad canonicatum, iam neque in suo iure idem integer praeservaretur, et reapse damnificaretur.

Sane in prima hypothesis ipse exueretur titulo certo beneficii, quin cognosci valeret utrum et quando posset novo titulo cohonestari: in altera vero privaretur iure ad canonicatum, videlicet spe et certa possibilitate consequendi beneficium pinguius et comodius, quam parochiale.

Itaque stante dicta impossibilitate, et usque dum S. Sedes aliquid super hoc provideat, ad neutrum istorum sacerdos Sanchez cogi debet; quia in utroque casu poena absque culpa pariter ei inureretur, idque contra iuris normas superius allatas. Ideoque servandus erit *status quo* iuxta Rotæ sententiam.

Eo vel magis quod ex hac praesentis status conservatione dum sarta tecta servantur iura sacerdotis Sanchez,

neque Paroecia proprie damnificari videretur. Haec enim per Vicarium regitur, qui libere ab Episcopo constituitur, quique integros mensae fructus colligit, ut asseritur in saepe allegata sententia Rotali. Parochias vero per Vicarios regi neque absonum neque novum in iure est. Et praecise verificatur in casu sacerdotis ad Religionem transeuntis ex *cap. Beneficium 4 De regular in VI*—ibi—«Beneficium illius qui religionem ingreditur non est »intra probationis annum alicui conferendum; sed interim »eidem beneficio per alium deserviri debet assignata »sibi congrua de ipsius proventibus portione.»

Itaque potest etiam in themate idem permitti, cum praesertim Sanchez mordicus sustineat se Novitium esse Canonicorum Regularium S Isidori, ideoque Religiosorum privilegiis frui debere; quod quantum verum sit EE. VV. iudicabunt.

Quod si ad impugnandum Rotalis sententiae valorem et ad *statum quo* damnandum, recursus fiat ad S. H. C. rescriptum; responderi primum potest, hoc subreptitiae et obreptitiae fuisse obtentum iuxta ea quae allegata sunt in specie.

Sed ulterius dici posset, ex eo rescripto laedi ius tertio quaesitum. Ius enim est sacerdoti Sanchez quaesitum ad canonicatum. Porro hoc iure ad rem is spoliaretur, quia, cum canonicus modo non sit ob institutionis carentiam, in paroeciam regredi quamprimum cogeretur; et ita simul canonicatui Nuncium mittere deberet.

Insuper Regio Patrono ius certum est, quemlibet clericum, etiamsi parochum, nominandi ad Canonicatus S. Isidori. Iamvero est S. H. C. decreto eius ius coarctaretur, seu laederetur «rendendo inefficaci le sue pre- »sioni quando ricadessero in possessori di Parochie o di »qualsiasi altro beneficio residenziale» quia praecipere semper posset Ordinarius «che i presentati per i canoni- »cati, si restituiscano, anche dopo di essere stati ammessi »a disimpegnarli, a resiedere nelle loro Cure o Benefici »residenziali; ed inoltre non voler loro accordare la »istituzione canonica a motivo di non aver fatto la »professione solenne, che deve precederla.»

Porro ex *reg XVIII Cancell. Ap.* decretum et declaratum habetur «quod deinceps per quamcumque signaturam seu concessionem aut gratiam vel Litteras Apostolicas pro commisionibus seu mandatis aut declarationibus huiusmodi, etiamsi motu proprio et ex certa »scientia, ac etiam ante motam litem a Sanctitate sua



»emanaverint, vel de eius mandato faciendas, *nulli ius »qucesitum quomodolibet tollatur.*» Adeo ut ipse Motus Proprius nihil operetur in praeiudicium iuris tertii, nisi id exprimat *c. Quamvis 8 De Rescriptis in VI.* Et Apostolicae Litterae non tollant alterius ius, «quamvis illud sit indirectum et minimum.» Riganti *in reg. 18 n. 7* citans alios, nam regula utitur dictione *quomodolibet*, quae includit omne ius quantocumque minium, ut observat Fagnanus in *c. Ceterum n. 21 De Rescript.*

Imo ex aducta regula praeservatur etiam *ius ad rem*, quod provenit ex electione, praesentatione et oppositione. —Riganti *l. c. n. 47*, et apud eum Lotter. *De re benefic. 2. q. 51. n. 28* alique—Hoc autem quam maximae causae sacerdotis Sanchez quadrat, ceu facile videre est.

Et quamvis haec dicta praecisse sint de actibus propriae Papalibus; tamen applicationem quoque habent in SS. Congregationum rescriptis; imo et a fortiori; quae ideo praeservare semper debent iura tertii quaesita, et nihil operari in praeiudicium ipsorum.

Hac autem norma adoptata, cum praesens S. H. C. decretum laesivum videatur iuris tertii quaesiti: iam hoc ipso habendum erit tamquam nullius effectus, et invalidari merito poterit.

Neque subiungas, Rotae tribunal intervenire non potuisse, neque loqui, et eo minus invalidare S. H. C. decretum, quia iudex inferior non valet superioris acta damnare.

Obiectioni namquam responderi posset, hoc adamsimum verificari quando superioris acta valida per se sint; non vero cum ex intrinseco defectu sunt irrita ac nulla. Cuius exceptionis non unum suppetit exemplum in canonica iurisprudencia.

Ita e. g. contra Confirmationes S. Pontificis super aliqua re, statuto, contractu, aut huiusmodi factas, nullus inferior iudex potest aliquatenus iudicare *cap. 1 et 2 De confirmat. util. vel iunt.* Et tamen potest contra eas procedere quando per evidentiam facti aut huiusmodi, constet eas per falsi suggestionem fuisse elicitas *c. Cum olim 24 De verb. signif.;* et *c. De appellat. 2. De confirm util. etc.* et *c. Super litteris 20 De rescript.*

Uterius quia per confirmationem in forma communi concessam non tribuitur novum ius; si iudex inferior videat actum, qui a S. Pontifice confirmatus est in forma communi, secundum se nullum fuisse atque invalidum; potest per consequens, accessoriae et incidenter pronun-



tiare ipsam confirmationem Apostolicam esse nullam Ita Pirhing. *tit. De Confirm. util. n. 15* citans Suarez *L. 8 De legib. c. 18 n. 2.*

Analogum quid habetur in materia Rescriptorum iustitiae seu super litibus. Haec enim quamvis a S. Pontifice emanaverint invalidari possunt, et de facto ab inferiore iudice invalidantur, si adversarius, contra quem impetrata sunt, de subreptione excipiat. Ita Abbas in *c. Ceterum n. 6*, et communiter.

Itaque inferiora tribunalia videre aliquando possunt superiorum decreta, et, si certo de horum invaliditate constet; valent eadem recognoscendo infirmare.

Atqui S. H. C. rescriptum veluti subreptitiae obtentum, ac veluti iuris tertii laesivam invalidum censi debet, iuxta ea quae superius observata sunt. Ergo optimè Rotae tribunal poterat de eo interloqui. Atque adeo Rota sententia, pro parte qua *status quo* commendatur, sustineri equidem debere, neque argui ullo modo posse videretur.

Relate vero ad expensas litium quibus gravabatur iudex primae instantiae Sentis, quamvis in hac parte durissima videatur Rotae sententia, attamen meminisse oportet hanc quoque in rem iudicatum transiisse, adeoque non posse tam faciliter ab ea recedi.

Observandum insuper est, D. Sentis iuridicas procedendi normas non tenuisse, sive consideraverit sacerdotem Sanchez veluti duorum beneficiorum detentorem sive eum habuerit veluti parochum non residentem.

Sane in prima hypothesis equidem statutum est *c. 28 De praeb. et dignit. et cap. sess. 27 C. F.*, ut, quicumque residentiale beneficium obtineat, dum aliud eisdem generis possidet hoc maneat ipso iure privatus. Verumtamen huiusmodi disciplina viget, quando hoc alterum beneficium est collatum, acceptatum et pacifice possessum vel saltem penes beneficiatum stetit, quominus pacifice illud possederit, prout post Glossam in *cap. 35 De elec. in VI. v. Pacificam* tenent DD. comuniter. Sed hoc extremum in themate non verificabatur, et sic non potest invocari ad iustificandam sententiam, qua sacerdos Sanchez parochia privabatur.

Restat altera hypothesis quod nempe Sanchez consideretur tamquam parochus apud ecclesiam non residens qui proinde moneri debet, et, nisi resipiscat, beneficio quoque privari. Et notare satago in hunc sensum profecto ivisse Legionensem iudicem ceu ex sententiae contextu apparet.

Verumtam et in hoc contra iuris normas ipse processisset. Solemne enim est, quod parochus absens citandus est una aut trina monitione personaliter aut per publica edicta iuxta circumstantias, ut intra competentem terminum ad Ecclesiam redeat. Sed iuxta *cap. Ex parte De cleric. non resid.* ab ultimo edicto expectandus semper est adhuc per sex menses, quibus elapsis, et tunc tantummodo ad privationem procedi licite potest. Lucidi *cap. III § 6, nüm. 235* et plures apud eum. Quae forma adamussim servanda est «aliter (iudex) nulliter et iniuste» procedit.» Lucidi ibi.

Atque haec forma penitus violata est in Ligionensi iudicio, ideo in utraque hypothese nullam excussationem D. Sentis adducere posse videtur.

Quo semel posito, incongruum non videtur eum fuisse iudicii sui expensis mulctatum. Iudex enim qui iniquam sententiam tulit, tenetur damni ex *L. 63 ff. De evict. et L. 32 ff. De iniur.* Neque iuris ignorantia eum excusari potest, quia haec neminem iuvat ex *reg 13 iur., in VI<sup>o</sup>* et iudicem maxime dedecet. Qui imo, carens debita scientia, et ex culpabili ignorantia male iudicans, peccat mortaliter, et tenetur ad restitutionem totis damni, causati parti laesae sive in substantia litis sive in superfluis expensis, teste Card. De Lugo *t. 2 disp 27 n. 1.*

Et quia inter damna accenseri quoque possent sequentium iudiciorum expensae, hisce quoque forsan Legionensis iudex videretur potuisse non nique mulctari.

Et haec rotalis sententiae favore. Ex adverso autem non minora sunt argumenta.

Primum namque non potest tuto dici eam sententiam transisse in remiudicatam, ex hoc tantum quod decem dies lapsi sint post eius promulgationem, quin interea partes reclamaverunt; siquidem insuper requiritur quod sententia sit in se iusta, neque contra ius constitutionum lata.

Sane *L. Si expressim ff. De appellat.* haec habet: «Si expressim sententia contra iuris rigorem data fuerit» valere non debet; et ideo et sine appellatione causa »denuo induci potest.» Et in *L. Si eum inter te C. Quando provocare* etc. iubetur sententiam contra leges canonesve prolatam nullas habere vires; adeo ut nec provocationis auxilium necessarium sit.

Et rursum *c. Inter caeteras 9 De sent. et re iudic.* statuitur: «Sententiae non debet stari, si iniquitatem »contineat manifestam.» Idque ampliatur ad sententiam

in qua Iudex exprimit causam non concludentem, quia etiam talis sententia est nulla. Abbas. *c. Sicut nobis tit. cit. n. 14 et 15.*

Ex quibus locis aliisque DD. concludunt, sententiam iniustam aut nullam numquam transire in rem iudicatam, licet ab ea non appelletur; sed probato iuris errore, potest retractari non solum post decendum, sed etiam post decennium usque ad 30 annos. Ita Maranta *tit. De sent, et re iudic. n. 154; Reiffenstuel eod. tit n. 114; seqq.* Nam quod nullum est, nullum producit effectum, et non entis nullae sunt qualitates; et quae contra ius fiunt debent utique pro infectis haberi, iuxta notas iuris regulas.

Atqui in themate haec omnia urgeri possunt contra Rotae sententiam. Eadem enim sancitur Parochum per indefinitum tempus posse suam paroeciam deserere hac unice de causa, ut nempe pingiori stipendio frui valeat, vel, si vellit ut ius ad rem sibi gratiorem amittere non cogatur. Hoc autem abnorme omnino esse et quorumcumque iudicum postestatem prorsus excedere quisque facillie intelligit.

Lex enim Tridentina *c. l sess. 23* quae Episcopos aequae ac Parochos tangit, alte proclamat: «Cum »praecepto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere pro his »sacrificium offerre verbique divini praedicatione. Sacramentorum administratione ac bonorum omnium operum »exemplo pascere, pauperum aliarumque miserabilium »personarum curam paternam gerere, et in caetera »munia pastoralia incumbere, quae omnia nequaquam ab »iis praestari et impleri possunt qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more »deserunt; S. Synodus eos admonet et hortatur ut »divinorum praeceptorum memores factique forma gregis »in iudicio et veritate pascant et regant.» Et subinde addit: «Si quis autem (quod utinam num quameveniet) »contra huius decreti dispositionem abfuerit, statuit »S. Synodus praeter alias poenas adversus non residentes »sub Paulo III impositas et innovatas ac mortalis peccati »reatum, quem incurrit, eum pro rata temporis absentiae »fructus suos non facere.» Et pro parochis in specie subiungit: «Quod si per edictum citati, etiam non »personaliter, contumaces fuerint—eos posse ac debere »puniri usque ad suae paroeciae privationem; et quod »discedendi licentiam in scriptis gratisque concedendam



»ultra bimestre tempus nisi ex gravi causa non obtineant.»

Post tam clarissimas legis praescriptiones quid sentiendum sit de Rotae iudicio, ex se quisque concludet.

Neque magnificata causa non amitendi ius ad canonicatum, seu percipiendi pinguiore redditus, aliquid Sanchez iuvare videretur, quia eadem Tridentina Synodus recurrit, iubens cit loc. «Eaque executionem hanc (poenarum in absentes) quolibet privilegio, licentia, familiaritate, exemptione, *etiam ratione cuiuscumque beneficii*, pactione, statuto iuramento vel quacumque auctoritate confirmata, consuetudine etiam immemorabili, quae potius corruptela dicenda est, sive appellatione, aut inhibitione etiam in Romana, Curia; vel vigore Eugenianae Constitutionis suspendi posse.»

Adeo ut in durissimo casu, quando mala plebs suum pastorem odit, qui ideo fugiendi habet necesse, in hoc casu, inquam, in quo parochi inocentis misereri omnia suaderent; tamen ex Fagnano *cap. Clericos De clericis non resid. n. 27* «ubi inimicitiae sunt verisimiliter duraturae, ut consulatur curae animarum, inducendus est parochus ad resignandum vel permutandum; et ita parochus punitur sine culpa sed non sine causa.» Et obtestans de S. H. C. consuetudine *n. 57* adiungit: «Quod si intra sex menses necdum sedatae sunt inimicitiae (S. C.) rescribit Episcopo, ut det illi sex mensium prorogationem, repetitis omnibus quae in prioribus litteris continebantur, et sine spe alterius prorogationis, quae rarissime conceditur.»

Et si tamen aliquando temperatum sit ab hoc rigore, et de anno in annum prorogatum sit indultum abessendi ad tradita per Lucidi *cap. III, § 6, n. 233*; recolera tamen est, hanc disciplinam quoad parochus absentes observatam esse in hoc unico casu, vix in poenam turbiae plebis, semper et gravissimis circumstantiis, atque vigore illius supremae potestatis, qua in iudicando SS. RR. Congregationes utuntur: nam «indulta perpetua de non residendo etiam ex iustis et rationabilibus causis iam sublata fuerunt decreto *cap. 2 sess. VI C. T.*» teste Fagnano *cit. l.*

(Se concluirá.)